UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Vita Francisci Caietani Societatis Jesu

Gaetano, Alfonso

Excusa Pragæ, Anno 1668

Cap: V. De ejus devotione, & sanctis operibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37359

Visual Library

ritu ferventibus. Aſſequutu
quoque fuit ſanctum quendam
& filialem timorem, propter
quem anxiè cavebat, quantum-
vis levia delicta, nè ullatenu
contriſtaret DEUM, à quo ſe ve-
hementer advertebat amari, &
luminibus atque affectibus cœ-
leſtibus cumulari.

## CAPUT V.

### *De ejus devotione, & ſanctis operibus.*

A Cordis compunctione, &
affectuum refrænatione, il-
lum promovit Divinus Spiritu
ad meditandam vitam, & paſſio-
nem Chriſti, in qua reperiebat
ſtimulos efficaces, ad odio ha-
bendum ſe ipſum, & amandum
ſuum

ſuum Servatorem. Ponebat ſibi ob oculos effigiem Crucifixi, & magno ſuo guſtu ac fructu, eam contemplabatur, fundebat lacrymas indices modò commiſerationis, modò pœnitudinis. Quotidie aliquâ ſe corporis caſtigatione mulctabat, amore Chriſti crucifixi, & ſextâ quavis feriâ, ab omni eo abſtinebat, quod quampiam illi adferre poſſet oblectationem. Ex omnibus exercitijs adiaphoris, nullo ità recreabatur, ùt venatione, cujus erat peritiſſimus, hoc tamen die ſuſpendebat ſclopum, ſuas cum eo immolans delicias Crucifixo: & interrogatus, cur id faceret, reſpondebat: *Quomodo me recreem hoc die, quo meus amantiſſimus Dominus,*

*ac dulciſſimus Pater, mei cauſâ tantis in tormentis vivere deſijt, atque doloribus; ut Sol illi condolens, ſuâ ſe privaverit inſitâ amœnitate, ipſæq; petræ ſciſſæ fuerint.* Præterea, affligebat carnem flagellatione, ac ſacro jejunio, quod ſæpe in pane & aqua exigebat. Sub horam tertiam à meridie, ſpecialiter memoriâ recolebat Chriſti mortem, útque plenè affectui ſuo indulgeret, hoc eodem ſancto die, ſacco indutus, adibat frequenter Pantalicam reliquias cujusdam vetuſtæ civitatis, ubi exſtat templum dicatum Chriſto crucifixo, cujus ſolitudo ſpirat devotionem. Iſthic ſolus, complures impendebat horas orationi. Nocte verò, ejusdem

diei, conficiebat quatuor circiter milliaria cum dimidio, inviſendo templa, extra oppidum ſita, viâ difficili, modò ſaxis & ſtirpibus, modò vepribus offendens pedes, ſeu prorſus nudos, ſeu ſoccis duntaxat coopertos, tolerando eam incommoditatem, & moleſtiam, amore patientis Dei. Nè verò conſpiceretur ab alijs, egrediebatur domo, poſt unam circiter horam noctis, veſtitus ſacco, ibátque aliquantùm remotus à ſuo comite, ut poſſet liberiùs Deum alloqui, eíque cor, amore ipſius flagrans, inter ſuſpiria & lacrymas pandere. Numerabat in hoc ſilentio, preces Mariano Roſario, unáque contemplabatur myſteria Dominicæ

cæ Paſsionis, ac dolores, Dei
Filio toleratos. Apud ſingu-
las ædes ſacras, quas dictum eſt
fuiſſe quatuor, hærebat, inte-
gram propè horam orationi im-
pendendo. Sub octavam no-
ctis horam, domum reverſus
conferebat ſe ad lectum, ut ita
quod fecerat, etiam domeſti-
cos lateret: Hæc omnia, poſt
obitum Franciſci, mihi is, qui
illum, in ſacris hiſce ſtationibus
comitabatur, recenſuit. Cele-
brabat devotè ſolennes Chriſti
ferias, præſertim Septimanam
ſanctam, quâ ſe, ſolito ampliùs
recolligebat, arctiùs jejunabat
diutiùs meditabatur: & quinta
ejusdem feriâ, aſſociabat ſe So-
dalitio ſinè macula Concepti
Virginis, cui erat adſcriptus
ſac

ſacco indutus, & inviſebat ſepulchra, atque nudipes, ad Imperatoris Heraclij exemplum, ferebat humeris lignum ſanctæ Crucis, decem, duodecimve libras ponderans. Neque contentus, interdiu viſitare templa intra oppidum, adibat noctu, quæ extra illud ſunt ſita, emetiens ultra quatuor milliaria, ſimiliter gerens ſaccum, & nudipes, ſubinde verò, ad ſanguinis uſque profluvium, ſe cædens: atque in acerbis hiſce afflictionibus, aliud nihil propoſitum habebat, quàm ut majori affectu, ſuíque caſtigatione, reſponderet ſpeciali amori, quo illum, crucifixus Dominus, complexus fuiſſet. Præcipuo cultu venerabatur ſanctiſſimum Sacramen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mentum, quòd certum ſit pignus Divini amoris, atque Paſſionis Dominicæ monimentum, quem quomodolibet, demonſtrare connitebatur, & inprimis, in eo piè frequentérque ſumendo; utpote omnibus feſtis Chriſti Domini, & benedictæ ejus Matris, nec non quorundam ſanctorum ſuorum Tutelarium, ſingulis præterea Dominicis, & ſextis ferijs, totius anni. Inviſebat quoque illud quotidie, & multum temporis exigebat, vacando orationi, coram Divina Eucharisticis obvelata ſpeciebus Majeſtate. Non tantùm bis quotannis, in Congregatione cui nomen dederat; ſed in omnibus inſuper alijs Eccleſijs, in quibus hoc Auguſtiſſimum Ma-

ſte,

ſterium adorandum proponebatur, & preces, quas quadraginta horarum appellant, peragebantur, utroque poplite flexo, reverenter orans, ultra horam morabatur. Quòd ſi quando preces fuerunt nocturnæ, neque tum devotionem ſuam intermittebat, imò promptiùs illas adibat, quòd liberiùs orationi poſſet aſſociare mortificationem. Pro hujus rei confirmatione, jurati teſtes faſſi ſunt, in proceſſibus de eo inſtitutis, menſe Aprili, quartâ noctis horâ, ſacco indutum, & excalceatum, ingreſſum eſſe cryptam, templi ſanctæ Sophiæ, mille paſſibus ab oppido diſſiti, ubi publicæ venerationi, expoſitum erat ſanctiſſimum Sacramen-

tum, ibidémque devotè, fl
genibus orantem, horæ ſ
tium ſuperaviſſe, atque ardo
interni affectûs, moleſtiam l
gæ, & incommodæ viæ, qua
nudipes emetiebatur, viciſſ
Solenne etiam illi erat, com
ri Cœlorum Regem, cùm de
retur ad ægros, in viatic
contigitque aliquando, ut
menſa ſurgeret, ac abrump
prandium, quo tam pium,
laudabile obſequium, ſuo D
mino præſtaret: ſingulariter
ficiebatur ſolennitati Corp
Chriſti, quam toto cordis a
ctu celebrabat. Pridie jeju
bat, pane ſolùm & aquâ ſe
ciens, ipſo verò feſto, piè
crum epulum ſumebat: ac
inde, eundem Panem Ang

rum, ſuis ſe Conſodalibus aſſo-
cians, in celebri ſupplicatione,
ſacco itidem veſtitus, comita-
batur, & majoris venerationis
ergò, nudatis pedibus, id, quod
ab alijs ignobilioribus non fie-
bat: & fuit quando, ut inter-
poſito juramento, nonnulli ſunt
teſtati, jam dictis, ſui afflictatio-
nibus, adjunxit aliam, quæ illi
ingentem moleſtiam attulit, ac
dolorem; dum nimirum, nu-
dum corpus, thorace laneo, ad-
modum hiſpido, conſtrinxit,
qui, quòd eſſet complexionis
delicatæ, æſtus foret vehemens,
& viæ ſpatium longum, adeò
carni adhæſit, ut illum, domum
reverſus, volens exuere, unà pel-
lem abſtraheret, quod lacrymas
commiſerationis elicuit ei, cu-

jus operâ, in exuendo, uſus f
rat, ipſo interim exultante.
lijs diebus, per ejus feſti Od
vam, aderat ſacris Miſſæ, & a
Divinis officijs, cum ſilentio,
reverentia, intentus oratio
tum mentali, tum vocali. P
Chriſtum Dominum, omne
ſuam ſpem collocavit in Bea
ſima Dei Parente Maria, qu
amabat, & venerabatur ſpec
affectu, tanquam ſuam Do
nam ac Matrem: in cujus h
norem, quotidie, flexis genib
recitabat Roſarium & Officiu
quod ob nullam unquam
cupationem, intermittebat.
junabat quovis die Sabbathi,
frequenter, præter panem &
quam, ſumebat nihil. Feſta
lius ſolennia, celebrabat de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ris meditationibus, & ſacrâ Sy-
naxi.

Ex Divino, quo flagrabat, amore, enaſcebatur zelus promovendi cultum Dei, ac Sanctorum, & charitas erga proximum. Atque animadvertens, quòd ſanctæ Virgini ac Martyri Sophiæ, quam ex antiqua, anteceſſorum traditione, Oppidani credunt, tempore perſecutionis, ex Græcia veniſſe in Siciliam, & ſpecum quandam, ad Sortinum, incoluiſſe, debitus honor non deferretur, ex devotione, quâ huic Sponſæ Chriſti, ab infantia ſua, erat addictus, non contentus, eam frequenter viſere, & piè venerari, curavit, in templo, nomini ejusdem dicato, exſtrui Sacellum, ac Divæ

Martyris pingi effigiem. C
ſtituit præterea, perpetuùm
raturas impenſas Sacerdoti, q
ibidem, in honorem ſanctæ P
theno-Martyris, non ſinè inc
mento popularis pietatis, q
nis vicibus, quothebdomad
ad Aram ſacris operaretur.
que hoc beneficium, grati
mi ergò, ſuo primùm contul
Confeſſario. Erat magnop
propenſus ad benefaciendu
Religioſis: ſuis ſumptibus, p
movit fabricam Conventûs ſ
cti Franciſci Aſſiſinatis, ſui p
cipui Tutelaris: & exſtruxit d
mitorium, in Cœnobio Mo
lium S. Benedicti, intellige
quàm Deo ſint charæ Virgin
obſequio ipſius dedicatæ. A
dixit commodos redditus,

t

tandis honeſtè natis puellis, quæ ſuam Deo vellent conſecrare virginitatem, viveréque in clauſtris religioſis, nec tamen poſſent, propter inopiam: poſtquam autem nonnullæ, eâ fuiſſent gratiâ fruitæ, mutato conſilio, adjecit animum ad præſtantius opus, quod illi, præmiſsâ oratione, Deus inſpiraverat, attribuítque eosdem redditus, ſuſtentationi Tironum cujusdam Religionis. Sciens quoque, quasdam puellas, ob penuriam, in periculo verſari, perdendæ pudicitiæ, exemplo ſancti Epiſcopi Nicolai, ſubmittebat illis clàm pecunias, ut eas conſervaret in gratia Dei. Alias verò paſſas miſerabile naufragium, erutas è ſervitute, & jugo peſ-

peſſimo peccati, ſuis eleemoſ
nis, collocavit in portu ſan
Matrimonij. Perquam tene
ſentiebat miſerias egenorum,
cuilibet, quocunque tempor
utcunque ipſi incommodo,
more DEI, impertiebatur ſ
pem, præceperátque famulis,
ancillis, ut nè ullum mendicu
è domo, quin aliquam eleem
ſynam referret, ſinerent abi
Multò magìs eluxit ipſius ch
ritas, anno 1592. quo DEO pl
cuit, gravi Siciliam, & inſoli
fame exercere. Tum nunqua
non erat promptus, ad ſuble
vandas communes ærumnas,
profundebat ſua omnia, útque
multorum poſſet ſatisfacere
indigentiæ, multum pecuniæ
cujus cenſum penderet, mutua

tus eſt. Non raro audiens, ob communem annonæ caritatem, domi non adeſſe panem, præter illum, qui menſæ fuerat illatus, hunc ipſum, imitatus ſanctum Jobum, cum paupere partiebatur, & quandoque totum dabat: quin etiam ſacco aſſumpto, corrogabat ſtipem pro pauperibus; ſubveniebat captivis, & complures liberabat carceri mancipatos, propter debita civilia, quæ eorum loco ſolvebat, præſertim, quando abſens, ad breve tempus, Marchio, illi regimen oppidi committebat.

Longè major erat ejus zelus, quo ad incrementum divini honoris, proderat animabus, dum adlaborabat quàm ſtudioſiſſimè, exemplis ac verbis, multos



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à peccatis, ad gratiam, & fr
quentanda Sacramenta pert
here: alios autem, alloqu
plenis fervore, hortabatur
contemnendas vanitates ſecu
& ingreſſum cujuſpiam Reli
onis, in qua regularis vigere
diſciplina: & verò utrumqu
ad Dei gloriam, reipsâ con
quebatur. Inter prædicta exe
citia, augebatur ipſius deſid
rium, deſerendi ſeculi, cujus v
nitate perſpectâ, vehemente
illam deteſtabatur, ſæpe de e
perquam contemptibiliter di
ſerens. Quia verò optabat, v
tam agere veluti ſolitariam, i
continuis corporis afflictatio
nibus, & contemplationibu
quaſi concivis Sanctorum, del
git ſibi Ordinem Patrum Capu

cinorum, quem exiſtimabat, maximè ſuis propoſitis, commodatum. Atque, ùt erat ſingulari præditus prudentiâ, voluit primùm vitæ illius aſperitatem experiri. Induit tunicam, ex hiſpida ac aſpera lana contextam, & remotis delicatis linteaminibus, cubabat nudus, inter laneos duos centones. Creſcente porrò, cum fervore, majoris aſperitatis deſiderio, recepit ſe ad Conventum Capuccinorum, ut illis, tanquam unus ex ipſis, ſinè ulla exemptione conviveret. Habitabat in exigua cella, dormientis ſtratum erat, ſaccus ſtramine fartus, & interdum ſarmenta vitis. Surgebat mediâ nocte, ad Pſalmodiam Matutinam, aderátque in cho-

ro horis omnibus Canonicis & precibus, ſervabat communem regulam ſilentij, diverberationum, jejuniorum, victûs, & cæterorum omnium, quæ tam prudenter, & exactè peragebat, ut omnibus eſſet admirationi, & ſolatio, Angelos repleret gaudio, DEO tribueret gloriam. Obijt interea Franciſcus Moncata, Princeps Paternenſis: audito tam triſti nuntio de ſuo Patruele, Conſanguineo & amico intimo, dixit animo intrepido: *Quàm labilis eſt vita noſtra! quàm caduca mundi gloria! quid in ullo ſit deſiderabile, quod defuiſſet huic Principi? non abundantia divitiarum, & ſplendor Nobilitatis; non excellentia titulorum, eminentia dignitatum, &*

*honorum; non formæ elegantia, vel ſcientia; non liberalitas, clementia, pietas, aliæq́; virtutes Chriſtianæ, adeò; ut videretur longiore dignus vitâ; & ecce, in ætatis ſuæ vere, vivere deſijt, atque gloria illius, quaſi flos campi, cum occaſu vitæ cecidit. Novi te, fallax munde, brevì te deſeram, ut in tuto collocem ſalutem meam.* Iſtâ conſideratione, illum invitabat Deus, ad perfectum ſui amorem; cui ut meliùs indulgeret, ſolebat abſcedere in ſylvas, aliquot millibus paſſuum diſſitas Sortino. Ibi, dum quà voce, quà ſpiritu, Deum invocaret, foris illi reſpondebant ſylvæ, *intus DEUS*; tanto animi ſolatio, ut, quod mihi ab ejus famulo relatum eſt,

eſt, obliviſceretur reficiendi c
bo corporis, paſcens ſe lacr
mis, ac delicijs cœleſtibus.

# CAPUT VI.

## *De modo, quo delib ravit ingredi Societatem JESU.*

PEr ſtudium orationum,
continua pœnitentiæ exe
citia, quibus ſibi ſolidas co
parare volebat virtutes, & pe
tingere ad unionem cum Deo
ità vires corporis attrivit, ut, ſi
pervenientibus æſtivis calori
bus, in gravem morbum incid
rit. Multum eo Marchio, cu
alijs Fratribus, fuit afflictus, o
mnémque adhibuit operam, u
Frater ſibi adeò charus, ſanita


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN